

**Venerabilis Bedæ Presbyteri Anglo-Saxonis, Doctoris
Ecclesiæ Vere Illuminati Opera Theologica, Moralia,
Historica, Philosophica, Mathematica & Rhetorica,
quotquot hucusque haberi potuerunt omnia**

In Vetus Et Novum Testamentum, Salvberrimis In Moysis Pentatevchvm,
Tobiam & Iobum, Libros Regum, Davidis Pasalmos, Parabolas Salomonis &
Cantica, Prophetas &c. explanationibus & Quæstionibus enodata:
Moralibus doctrinis & expositionibus in quatuor Evangelistarum Evangelia
illustrata: facundissimis ...

Continens Doctissimas Sþper Varios Veteris Testamenti Libros
Quæstiones, Et Commentaria In Psalmos Davidis - Vna Cvm Vocabvlorvm
Psalterii Expositione: De Templo Salomonis, Et Sex Dierum Creatione:
Commentarivm Item In Boethii Librvm De Sanctissima Trinitate, Aliosqve
Piissimos Tractatvs De ...

Beda <Heiliger>

Coloniæ Agrippinæ, 1688

Quæstiones super librum Iesu Nave.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72069](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72069)

animam, quæ à Deo pulchra est creata, in gentili conversatione invenerimus, & sociari voluerimus eam corpori Christi, deposito idololatriæ cultu, induitur fugubibus penitentia indumentis, deploratque patrem & matrem: hoc est, omnem memoriam mundi, ejusque carnales illecebras. Deinde verbi Dei novacula & doctrina omne peccatum infidelitatis ejus, quod mortuum & inane est, abdatur. Hoc enim sunt capilli capitis, & ungulæ mulieris: atque ita demum salutaris lavaci unda purificata jungitur sanctis Dei, scilicet cum iam nihil in capite mortuum, nihil in manibus ex illis quæ per infidelitatem mortua dicuntur, habuerit, ut neque sensibus vel artibus immundum aliquid aut mortuum gerat. Quod verò post triginta dies juber eam duci in uxorem, ternario namque ac denario numero fides opusque significatur. Per fidem ergo Trinitatis atque opus legis rectè sociatur. Quæcumque verò anima Israelitæ, corpori felicit Christi adhaerens, illi sine macula, sinceritate fidei, & aetuum puritate. Alii putaverunt hanc mulierem decora specie rationabilem aliquam disciplinam significare, quæ sapienter dicta inventitur apud gentiles. Hanc igitur à nobis repertam oportet primum de ea auferre, & refecare omnem superstitionis ejus immunditiam, & sic eam in studio veritatis assumere. Nihil enim mundum habet disciplina gentilium, quia nulla apud infideles sapientia est, cui immunditia aliqua vel supersticio non sit admixta.

CAPUT XIX.

De eo quid significet secundum è manubrio lapso.

Illud autem quid significat, quod Dominus per Moysen præcepit dicens: *Si quis abiurit cum amico suo simpliciter in sylvam ad ligna cedenda, & lignum securis fugerit manum, ferrumq; lapsum de manubrio amicum eum percutierit & occiderit, hic ad unam supra dictarum urbium fugiet & vivet, ne forte proximus ejus cuius effusus est sanguis, doloris stimulo persequatur, & apprehendat eum, & percutiat animam ejus.* Ad sylvam quippe cum amico imus, quotiens ad intuenda subditorum delicta convertimur: & simpliciter ligna succidimus, cum delinquenti via pia intentione refecamus. Sed securis manum fugit, cum se increpatio plus quam necesse est, in asperitatem prostrahit: ferrumque de manubrio proslit, cum de correptione sermo durior exceedit: & amicum percutit & occidit, qui auditorem suum prolate contumelia spiritu dilectionis interficit. corupti namque mens repente ad odium proruit, si hanc immoderata increpatio plus quam debuit addicit. Sed is qui incaute ligna percurrit, & proximum extinguit, ad tres necesse est urbes fugiat, ut in una earum defensus vivat: qui si ad penitentia lamenta convergus in unitate sacramenti sub sp̄e, fide & charitate absconditur, reus perpetrati homicidiū non tenetur. Quem extinti proximus cum invenerit, non occidit: quia cum distictus judex venerit, qui te nobis per naturam consuetum junxit, ab eo procul dubio culpa reatum non expedit, quem sub ejus venia spes, fides & charitas abscondit.

CAPUT XX.

De Pollutione somni nocturni.

Si fuerit inter vos homo, qui nocturno pollutus somniis sit, egredietur extra castra, & non revertetur, priusquam ad vesperam laveatur aqua, & post solis occasum regredietur in castra. Nocturnum quippe est somnium, tentatio occulta, per quam tenebris cogitatione turpe aliquid corde concipiatur, quod tamen corpori opere non expletur. Sed somnio nocturno pollutus extra castra præcipitur egredi, quia videlicet dignum est, ut qui immunda cogitatione polluantur, indignum se cunctorum fidelium societatis arbitretur: culpæ sua meritum ante oculos ponat, & ex bonorum se existimatione despiciat. Pollutum ergo extra castra exire est turpi impugnatione laboranti se se ex continentium

comparatione despicer. Qui ad vesperum aqua lavatur, cum defectum suum conspiciens ad penitentia lamenta convertitur, ut flentibus diluat omne, quod amicum occulto inquinatio accusat: sed post solis occasum ad castra redat, qui defervescere tentationis ardore, necesse est, ut iterum fiduciam erga societatis bonum sumat. Post aquam quippe occidente sole ad castra revertitur, quia post lamenta penitentia frigescere flamma cogitationis illicitæ ad fidelium merita praesumenda reparatur, ut jam se a ceteris longe esse non astmet: quia mundum se per afflictum intimi ardoris gaudet.

CAPUT XXI.

De Paxillo ferendo.

IUbetur preterea Israelitico populo per Moysen, ut cum egreditur ad requisita nature, mitat paxillum in balteo, & effossa humo abscondat quo gesta fuerint. Naturæ enim corruptibilis pondere gravato, ab utero mentis nostra quedam cogitationum superflua quasi ventus gravamina erumpunt. Sed portare sub balteo paxillum debemus, ut vide licet ad reprehendendos nosmetipsos semper accincti, acutum circa nos finulum compunctionis habeamus, qui incessanter terram mentis nostræ penitentia dolore confodiat, & hoc quod à nobis fortidum erumpit, abscondat.

CAPUT XXII.

De quadrageinta flagellis delinquentibus adhibendis.

QUod autem pro mensura peccati quadrageinta flagellis delinquentes argui iustit, jam prædictum est, quod per quadragenarium numerum figura significetur hujus temporis, in quo Ecclesia per quatuor mundi partes diffusa sub Decalogo legi vivit. Quadragenariorum numero delinquentes cardimur, cum in hoc tempore penitentia verberibus flagellamur. Debet ergo quicunque peccator temporalibus flagellis atteri, quatenus in iudicio purgatus valeat inveniri. Beatus enim homo, qui corripitur à Domino. Nulla enim in aeternum animadversio affligere poterit, quos hic penitentia disciplina perculserit. Si enim hic pro peccatis cedimur, illi sine peccato invenimur.

Venerabilis Beda Presbyteri Questionum super Deuteronomium finis.

VENERABILIS BEDÆ
PRESBYTERI, QVAESTIONVM
SUPER LIBRUM JESU NA-
VE, ex dictis Patrum, Dia-
logus.

CAPUT I.

De morte Moysi & principatu Iesu Nave.

Pro mortem ergo Moysi loquitur Dominus ad Josue dicens: *Moyses servus meus mortuus est, surge & transi Jordanem tu & omnis populus in terram, quam ego dabo filiis Israel. Defunctorum est ergo Moyses, defuncta est lex: legalia precepta jam cessant, & obtinet Iesus, id est, Salvator Christus, filius Dei principatus, introducit populum in terram, de qua dicit Dominus: Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram.*

CAPUT

C A P U T II.

De duobus exploratoribus, & meretrice Raab.

Iste Jesus, filius Nun mitiit duos exploratores ad Jericho urbem, qui suscipiuntur a meretrice Raab. Jesus iste dux populi in semetipso Dominum Christum & vocabulo ostendit & facto. Hiericho autem civitas mundi est, ad quem Dominus Christus ad perscrutandos mores hominum duo testamenta direxit. Nam in eo ut credentium fidem, aut rebellium pervicaciam plenius comprobaret ante adventum iudicij sui, quasi exploratores duos legem & Evangelium definavit. Raab vero typum tener Ecclesiam, qua de extraneis atque alienis gentibus congregata est, quae ante in desideriis carnis fornicabatur in idolis. De talibus ait Dominus: *Quod praecedunt vos in regno celorum.* Hac igitur testamenta Domini sola suscipit, & eadem fideliter conservat. Amicos omnino non tradit, ipsa potius perclitari optans, dummodo illa ac salva servaret. Hac casurum mundum sicut illa civitatem firmiter credit, hoc pro se suorumque omnium salute pactum cum testamentis Domini fecit: hoc in domo sua coccum, id est, signum sanguinis posuit. Extra hanc si quis inventus fuerit, ruinam seculi atque incendium mundi nulla ratione vitabit.

C A P U T III.

De transitu arca & divisione iordanis.

Populus cum arca testamenti Jordanem transeunt. Sed quid sibi velit, quod Jordane eadem arca testamenti transeunte per sacerdotes & levitas deducitur turba: sive que stantes aqua fluminis in cumulum Dei populus iter incedit innoxium. Hoc omnia implentur Ecclesiae populi mystica operatione. Duri enim quis ad baptismi venerit fontem, & consilente sacerdotali & Levitico ordine initiaclus fuerit mysticis sacramentis, tunc sacerdotum ministeriis per baptismum, quasi per Jordani fluenta ingreditur, & terram coelestis repromotionis adipiscitur. Quod vero pars aquarum fluminis, que retro resiliat, perseverat in dulcedinem, pars vero in amarum confluit gurgitem maris: hoc figura baptizatorum varietatem designat, quia ex omnibus qui baptizantur, pars quadam acceptam gratiam coelestis dulcedinem cultitudini pars vero in peccatorum amaritudine convertuntur. Quod vero sacerdotalis ordo & Leviticus iter ostendit populo Dei, magisterium sacerdotiale monstratur; ipsi enim & docent populum exire a Egypto, id est, de erronibus mundi, & transire per eum rem valtam, id est, per seculi tentationes. Quod vero sacerdotalis & Leviticus ordo assistit arca testamenti, in qua lex portatur, sine dubio ut ipsi illuminent populum.

C A P U T IV.

De duobus semi tribus armatis precedentibus Israe.

Dux semis tribus, quae trans Jordanem a Moysi accepta per terram relictis mulieribus & infantibus, cum fratribus transeuntes præbabant illis pugnandi auxilium, usque quo & ipsi conquererentur hereditatem. Iti quippe qui per Moysen accipiunt hereditatem trans Jordanem, & cum fratribus suis armati & præcincti incedunt; illi hoc loco intelliguntur, qui primus per Moysen hereditatem legis potuit sunt, unde & primogenitos esse omnes. Ruben quippe primogenitus est Jacob ex Lia. Gad primogenitus eiusdem ex Zelta. Manasses primogenitus est Joseph, de Aegyptia filia sacerdotis Putipharis. In his ergo primogenitis figuraliter illi ex priori populo designantur, qui per legem placuerunt Deo, quique non requiescant, sed expediti ad auxilium fratrum suorum consurgunt. Laborantibus enim nobis in agone vita hujus, atque habentibus certamen adversus contrarias potestates, veniunt in

auxilium nobis illi, qui ante adventum Christi per legem justificati sunt. Vidimus enim Esaiam, Hieremiam accinctos expeditosque ad auxilium nostrum de voluminum suorum jaculis cordis nostri hostes acriorimos vulnerantes: accingitur & Daniel ad auxilium nostrum, cum nos de Christi regno, & Antichristi futura fraude instruit atque præmonet: adeo & Ezechiel, sacramenta nobis coelestia in quadrigiformibus rotatrum circulis signans. Docet & Offe bissex agminis turmas, & præcedunt nos succinctis lumbis in veritate, quam prædicant ad auxilium nostrum. Iti vero viri fortes pugnant nobiscum, quoisque coelestis repromotionis patriam consequamur.

C A P U T V.

De duodecim lapidibus.

Transeuntes itaque filii Israe Jordanem, sustulerunt de medio fluminis duodecim lapides, quos pro testimonio posuerunt. Illico secunde circumcidionis sequitur typus, ad significandum nobis, ut dum de lavacro consurgimus Apollonicae vita exempla firmissima nobis congestare debeamus, quarum semper testimonium ad imitamenta virtutum contueamur.

C A P U T VI.

De circumcisione secunda.

Post iordanis autem transitum venit Iesus in Galgala, ibique iubetur facere sibi cultos lapides, & circumcidere secundo filios Israe. Per contentur inde Iudei, quomodo potest quis secundo circumcidere circumcisione carnali? Semel enim circumcisus, ultra non habet quod secundo possit auferri: a nobis autem, quibus lex spiritualis est convenienter ista solvuntur. Dicimus enim circumcisionem primam tuile per legem in Aegypto: sed si a lege transeat quis per baptismum Jordanis ad Evangelium, tunc accipit secundam circumcisionem spiritalem, per petram qui est Christus. Sicque tali circumcisione purgatus, caret Aegypti opprobriis, id est, illecebris corporalium viitorum. Nomen autem loci Galgala, quod interpretatur revelatio: offendit, quia dum in præcepto infidelitatis ambulaverit quisque per hujus vita desertum, oculos eius esse cæcos. Videamus & consequentia. Post Evangelii enim circumcisionem statim in loco revelationis pascha celebratur, immolaturque agnus ille pro mundi salute occisus. Ac deficientie manu typice legis primum comedit populus panem corporis Christi quem incorrupta repromotionis terra, id est, mater Domini virgo Maria protulit, cuius granum in terram cadens fructum plurimum attulit. Et vice ordinem: postquam enim sub Iesu Nave, id est, sub Iesu Christo cuce politi per lavaci fluenti transimus, ac per fidem spiritali circumcisione signamur, tunc his gradibus advenientes, celebramus pascha, id est, immolatum Christum pro mundi salute credentes. Statim pane illo Dominici corporis pasceimus. Occurrit deinde nobis princeps militia virorum coelestium Christus, tenens gladium Evangelii, ad refendam carnis nostra pollutionem. Percunctatio autem Iosua dicentis ad Angelum, *Nofer es an adversarius?* distinctionem suorum insinuat, qui inter bonum & malum per distinctionem dijudicant, ne eos adversarius per speciem boni fallat. Unde & Hieremia dicitur: *Si separaveris preciosum avilis, quasi os meum eris circundatus.*

C A P U T VII.

De excidio Hiericho, & salvatione Raab.

Circundatur post hec Hiericho, expugnaturque, adversus quam gladius non educitur, aries non dirigitur, nec tela vibrantur:

tube solunmodo sacerdotes septem diebus continuo adhibentur, siue circumacta arca muri Jericho subruuntur. Jericho autem per interpretationem luna dicitur. Luna vero mundi hujus speciem tenet: quia sicut luna mensuris completionibus deficit, ita hic mundus ad completionem temporum currens, quotidianis defectibus cadit. In arca vero Ecclesia figuratur, in tubis autem arcis predicatores fortis accipiuntur. Hanc ergo urbem Jericho diebus septem ferentes arcam Isaelitæ, & neis tubis clangentibus circumveunt, & muri ejus per arcam præsentiam atque æreum tubarum sonitum cadunt: quia in hoc tempore, quod septem diebus viciſſitudine volvitur, dum fertur arca, id est, dum orbem terrarum circumveunt, movetur Ecclesia, ad prædicantium voces quasi ad tubarum sonitum muri Jericho, id est, elati mundi, ac superba infidelitatis obſtacula corrunt, donec in fine temporum mors novissima inimica defruatur, & impiorum perditione unica domus Raab, tanquam unica Ecclesia liberetur a turpitudine mundi fornicationis, per fenestram confessionis in fanguine remissionis. Ista enim meretrix in Jericho tanquam in hoc mortali seculo moratur, qua ut salvari possit, per fenestram domus sua, tanquam per os corporis sui coquum mittit, quod est sanguinis Christi signum pro remissione peccatum confiteri ad salutem. Qui inventi sunt in domo illius, salvati sunt ab interitu urbis: & quicunque intra Ecclesiam reperiuntur, ipsi tamen salvantur. Extra hanc autem dominum, id est, extra Ecclesiam nemo salvatur.

CAPUT VIII.

Defurto Achan.

*F*uit autem interea de anathemate urbis Hiericho Achan pallium, & regulam auream: pro quo iracidente Deo perierunt quidam manus hostili ex populo. Hiericho itaque ut dictum est, mundi gerit figuram. De anathemate autem ejus fraudans in tabernaculo suo abscondit qui secularis mores in Ecclesiæ secretis inserit, qui sub cultu Dei manens lenitentes seculi vel spectacula diligit, qui sortilegos, aruspices & augures inquit: ve qui ceteros ritus persuaderi, qui prius in Hiericho, id est, in hoc seculo habebatur. Ita ergo, quia post fidei indumentum conversationes secularis occulit inducit, quasi pallium de anathemate tollit: sed ille de anathemate Hiericho fraudat, qui in Ecclesia haereticorum interficit dogma, vel superficioia secularium literarum studia. Hanc enim regulam auream luculento sermone aptatam, fraudati sunt, Arius, Marcion, & Basilides, fraudati sunt enim illi regulas aureas de Hiericho, & philofororum factam non rectam in Ecclesiam conati sunt introducere, & maculare omnem Ecclesiam Domini, ita ut alii multi perderentur per eos: ideoque abjecti pro anathemate quasi aero lapidum, ita multitudine peccatorum suorum oppresi atque exincti sunt, quorum author ac peremptor ex aliis: hoc est, diabolus qui per illorum impietatem fidelium quosdam evicerat. Rurum superatus evincitur, atque à populo Dei suspenſus ligni crucis virtute necatur.

CAPUT IX.

De constructione Altaris.

*S*uperatis igitur hostibus adificavit Iesus altare Deo excelso ex lapidibus integris, in quibus non erat injectum ferrum, sicut præcepérat Moysæ: & immolati in sacrificium, & scriptis in lapidibus Deuteronomium legis Moysi. Videamus itaque qui sunt illi lapides, ex quibus adificabatur altare. Omnes igitur qui in Christum Iesum credunt, lapides vivi dicuntur. De quibus Apostolus dicit: *Vos etsi lapides vivi, adificati domus spiritus.* His non injectum ferrum, quia incorrupti & immaculati carne & spiritu sunt, & jacula maligni ignita non receperunt: hi unum altare faciunt unitate fidei vel concordia charitatis. In his quoque Deuteronomium, id est, secundum Evangelii legem, Iesus Dominus noster

*scriptit. Audiamus itaque eum dicentem: *Dictum est antiquis, non machaberis: ego autem dico vobis.* Si quis viderit mulierem ad concupiscendum eam, jam machatus est eam in corde suo. Hanc igitur legem Jesus novam in cordibus credentium scriptit in eorum mentibus, qui altaris constructione digni sunt.*

CAPUT X.

De maledictionibus & benedictionibus.

*P*ost hec omnis populus & maiores natu, ducesque ac judices præcedebant hinc & inde arcam, steteruntque sicut præcepérat Moyses in Deuteronomio lex tribus in monte Garizim, ut benedicere populum, & ipsa tribus qua nobiliores sunt, id est, Simon, Levi, Iudas, Ioseph & Benjamin. Alij vero sex ignorabiles steterunt è regione in monte Gebal, ut malediciarent, inter quos & Ruben, qui maculaverat tharum parentis, & Zabulon ultimus Lia filius, & ancillarum filii. Et hæc quidem veteres historiæ referunt gesta: sed inspicendum est quid in narrationem mystica intelligentia referatur. Qui sunt ergo isti qui incedunt juxta montem Garizim, & qui sunt qui incedunt juxta montem Gebal? Illi itaque qui hoc in loco juxta montem Garizim incedunt, electi ad benedictionem eos figuratiter indicant, qui non metu poenæ, sed cœlestis promissionis amore succensi veniunt ad salutem. Illi vero dimidi, qui juxta montem Gebal incedunt, in quo maledictiones prolatæ sunt, illos indicant, qui non a amore benedictionum vel promissionum, sed futurorum suppliciorum timore complent, que in lege scripta sunt, ut perveniant ad salutem. Omnes autem circa arcam incedunt, qui ab Ecclesia finu non discedunt: sed nobiliores illos esse dicimus, qui boni ipsius desiderio æternæ benedictionis amore, quod bonum est agunt, quam illos qui pro malo metu bonum fecerunt. Solus ergo Jesus potest ex omnibus populis hujusmodi mentes animosque condicere, & alios quidem statuere in monte Garizim ad benedicendum: alios vero statuere in monte Gebal ad maledictionem: non ut maledictiones accipiant, sed ut intuentes prescriptas maledictiones, & poenas peccatoribus constitutas incurere caveant, ac semetiplos timoris supplicio conigant.

CAPUT XI.

De Gabaonitis.

*I*ntra Gabaonitis & perditionis metu perterriti, cum fraude & calliditate venerunt ad Iesum, pannis calceamentis, veteribus induti, de precantes ut salvarentur, statimq; ab Iesu salutem suscipiunt: quorum ramen dolum ut agnoscit, ligni cañores vel aquæ gestatores eos constituit. In quorum figura illi ostenduntur, qui de mundo ad Ecclesiam venientes, habent fidem in Deo, & inclinant caput suum facerdotibus, sanctis quoque ministrant & servient, ut aliquid utilitatis impendant: ad ornatum etiam Ecclesiam vel ministerium prompti sunt, in moribus vero suis & conversatione pristina detinentur, induentes veterem hominem cum astibus suis, & involuti vetustis vitiis, sicut & illi pannis & calceamenti veteribus obiecti: & prater hoc quo Deum credunt, & erga servos Dei vel Ecclesiam cultus videntur esse devoti, nihil habent emendationis vel innovationis in moribus. Tales igitur tantummodo quasi quoddam salutis signum intra Ecclesiam temporaliter præferunt, inter spiritales autem, id est, inter sanctos Dei regnum æternum vel libertatem minimè consequuntur.

CAPUT XII.

De Pratio in Gabaon.

*Q*uod autem in Gabaon pugnante Jesu Nave Retulisse perhibetur sol & luna, donec Israël inimici delerentur, dicente Scriptura: *Stetit, inquit, sol super Gabaon, & luna*

super

*super palam Elom: & adjicit Scriptura & dicit: Quia nunc
quam sic audiuit Deus hominem. Jesus ergo noster solen stare
fecit non tunc soluni, sed multò magis modò in adventu
suo, dum nos bellum gerimus aduersus viatorum gentes,
& collectanur aduersus principes & potestates, & reto-
res harum tenebrarum, aduersus spiritales nequities in
cœlestibus sibi nobis iustitiæ & indelictuæ afflit, nec defe-
rit nos unquam, nec festinat occubere: quia ipse dixit:
Ecce ego vobis sum sum omnibus diebus usque ad consummationem
seculi. Quinque autem Reges, quinque sensus corpo-
reos indicant: qui Gabonitas, id est, carnales homines ex-
pugnant, hi ad speluncam confugiunt, cum se terrenis a-
ctibus in corpore positi mergunt, qui tamen pugnante Je-
su, id est, prædicatione Evangelica superantur, atque in-
grediente verbo Dei in nobis, id est, intra speluncam cor-
poris nostri omnes pariter interficiuntur.*

CAPUT XIII.

De extinctu gentibus, & terra divisione.

*E*x iunctu deinde vel deletis gentibus Ioseph forte dividit populus
E terram repremissione: ejecit ergo & Christus à facie fi-
delium suorum quodammodo gentes, gentilium errorum
malignos spiritus, & forte dividit terram, in nobis omnia
operans unus atque idem spiritus, ac dividens dona pro-
pria unicuique prout vult.

CAPUT XIV.

De divisione terra in duabus & novem semi tribubus.

*R*efertur autem in his divinis eloquiis prima & secun-
da hæreditatis facta divisio. Prima quidem per Moy-
sen, secunda vero quæ fortior est, per Jesum. Sed Moyles
trans Jordanem duabus tantum semiis tribubus, Ruben
scilicet Gad, & dimidiae tribui Manasse possestionem dare
decrevit: ceteræ vero omnes per Jesum suscipiunt. Per
quod indicatur, quod plures per fidem Jesu Christi pro-
missa cœlestia essent percepti, quam qui per legem ade-
pti sunt. Nam duæ illæ semiis tribus procul dubio priorem
populum adumbrabant: sed ideo duæ semiis dicuntur, quia
hi qui in lege agebant, contigerunt cognitionem Trinitatis,
sed perfectam eis scientiam non habuerunt. Sicut &
Ecclesiasticus liber loquitur dicens: Qui non perficit primo
sire sapientiam, & infirmior non investigavit illam. Hinc autem
novem semiis tribus, quæ per Jesum repremissionem
terra sanctæ suscipiunt, ut prædictum est, figuram novi po-
puli tenuerunt: quia Iesu Dominus nostro per fidem &
gratiam æternæ repremissionis hæreditatem post lavacrum,
quæ per Jordanis transiit suscepimus. Sed proinde &
ipse novem semiis tribus dicuntur, quæ sub Iesu hæreditate
potuuntur, & non integræ decimus numerus consumma-
tus dicitur & perfectus, quia nec in ipso adventu Domini
vel incarnatione ejus cuncta nobis per semetipsum perfe-
ctæ annunciatæ sunt. Unde & ipse dicit discipulis: Multi
ad hunc habeo que vobis loquar, sed non potestis illa modo audire:
veniet autem spiritus veritatis, qui à patre procedit, ille de meo
accepit, & annunciat vobis omnia. Perfectio itaque ad sum-
mam cunctorum bonorum in Spiritu sancto consistit, &
aliquin nihil in eo perfectum putabitur, cui Spiritus san-
ctus deest.

CAPUT XV.

Quod Levita non acceperunt hæreditatem terra.

*Q*uod vero Levita non acceperunt hæreditatem ter-
ra, utique quia Iesu Dominus noster ipse est hæredi-
tas eorum. Sicut scriptum est: Ego hæritas eorum, & posse-
sio non dabitur eis in Israel; ego enim sum possessor eorum. Cleri-
corum enim possesso ob hoc sedici voluit Deus: quia mi-
nistris altaris ipsius effecti sunt, & sors. Propter quod & cle-
ros sors interpretatur. Ergo Deum hæreditatem merito

possidet, qui ut absque ullo impedimento defervire Deo
valeat, pauper spiritu esse contendit: ut congrue illud Psal-
mistæ dicere possit, Dominus pars hæreditatis meæ, & calicis
mei.

CAPUT XVI.

*Quod habitacula Levitarum per omnes tribus
discernuntur.*

*Q*uod vero habitacula Leviticæ ab Iesu per omnes tri-
bus discernuntur, significat, ut hi qui in Ecclesia Dei
scientia operam dantes, doctrinæ gratiam administrant.
Rursus ab omnibus quibus dispensant divina terrena sub-
sidia, quæ non habent, recipiant, ut impleatur illud quod
Apostolus præcipit dicens: Si nos vobis spiritalia seminarimus,
magnum est ut carnalia refra metamus. Et merito isti in cun-
ctis tribus divisi dicuntur: quia dispensatio cuncto-
rum vivunt.

CAPUT XVII.

*Quod quadraginta duas urbes Levite in posse-
sionem accipiunt.*

*Q*uod autem & quadraginta duas urbes accipiunt, in-
dubitanter ipsa prædicatio sanctorum signatur. Ipsi
enim possident doctrinam, quæ constat legis decalogo, &
quadris doceantur Evangelii numero, quasi quaternas urbes ha-
bentes, quibus etiam duæ adjiciuntur: quia nimis cun-
cta quæ prædicant, morali ac mystico sensu annunciant.

CAPUT XVIII.

De Chananeo populo extinto.

*I*llud antem quod Israëlico populo percepta repro-
missionis terra partiretur Efraim, tamen tribui Chananeus omnis, id est gentilis populus non occisus, sed fa-
ctus tributariorum dicitur: Sicut scriptum est in Judicum li-
bro: Habitare Chananeus in medio Efrain tributariorum. Quid
enim tributariorum, quid Chananeus, gentilis videlicet po-
pulus, nisi virtutum signat. Sapientia enim in magnis virtutibus
terram repremissionis ingreditur, quia spe intima de æ-
ternitate roboramus. Sed dum interemptis sublimibus vi-
tia quædam tamen parva retinemus, quasi Chananeus
in terra nostra vivere concedimus: qui tamen tributariorum
efficitur, quia hoc ipsum virtutum quod subjugare non pos-
sumus, ad usum nostræ utilitatæ humiliiter retroquemus,
ut eodem se mens, & in suis villa sentiat, quod suis viribus
etiam parva quæ appetit, non expugnat. Unde bene rur-
sum scriptum est: Ha sunt gentes quas Dominus dereliquit, ut
eruditur in eis Israelem. Adhuc namque quædam minima
virtutia nostra retinentur, ut sentimus intentio sollicitum in
certamine semper exerceat, & ideo de victoria non super-
bit, quo vivere in se holles conficit, à quibus adhuc vin-
ci format. Israël ergo reservatis gentibus eruditur, quan-
do in quibusdam minimis virtutis elatio virtutis no-
stra comprimitur, & in parvis sibi resisten-
tibus dicit quod ex se majora
non subjiciat.

*Venerabilis Beda Presbyteri Questionum
super librum Iesu Nave, finis.*